

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sanctae Mechthildis virginis ordinis Sancti Benedicti Liber specialis gratiae

**Mechthild <von Hackeborn>
Mechthild <von Magdeburg>**

Pictavii, 1877

V. Novissima transactio in helpede facta.

[urn:nbn:de:bsz:31-60070](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-60070)

V.

NOVISSIMA TRANSACTIO IN HELPEDE FACTA.

In nomine Domini Amen. Ad notitiam omnium quorum interest aut intererit, Nos *Lukardis* Dei gratia Abbatisa, *Johannes* Prepositus totusque conventus Sanctimonialium monasterii in *Helpe*, volumus pervenire quod datis nobis in precium XXIII. sexagenis cum dimidio grossorum *Pragensium* ab honorabili Dna abbatissa et Conventu in *Gerberstede* cœnobii, vendidimus eis et ipsi monasterio in *Gerberstede* multis deliberationibus et tractatibus prehabitis, unânimi consensu, duos mansos cum dimidio situs in campis et duas curias in villa *Neustede*..... Testes vero sunt honorabiles viri dnus *Heydenricus* et dnus *Johannes* in cella monasteriorum Prepositi; *Hermannus* sacerdos, confrater noster et alii quamplures fidei digni.... Datum *Helpe* anno Dni MCCCXLVI, in die B. Augustini confessoris.

(*Allgemeine Archiv. 1836. p. 154 von Ledebur.*)

VI.

COMMENDATIO LIBRI SANCTÆ GERTRUDIS JUXTA CODICEM BIBLIOTHECÆ
CÆSARÆ VINDOBONENSIS.

Anno Dni MCCLXXXIX divina exuberante gratia libellus iste initium habuit. Qui postmodum procurantibus Prelatis monasterii examinatus et comprobatus est a nominatis theologis Fratribus ordinis Predicatorum atque Minorum. Et primo perlectus et approbatus a litterato viro, scilicet Fratre H. dicto de *Mulhusen*, viro utique pleno Spiritu Sto; et etiam a Fratre H. de *Wernigerode*, cum ipse staret in do.no Hallensi. Hinc comprobatus est a Fratre dicto de *Burch*, qui circa annum Dni MCCC. lector existens Fratrum Minorum in do.no Halberstadii valde nominatus fuit tam in eminenti litteratura quam etiam in spirituali privilegio spiritualis unctionis. Deinde subtilius est examinatus a Fre *Nicolao* lectore de *Hildesheim*, qui circa annum Dni MCCC. primum fuit Prior in *Halberstadt*. Et Frater quoque *Theodoricus* dictus de *Apolonia* sæpius cum ea colloquium habens, sermones et sensum illius per omnia approbavit. Dominus etiam *Gottfridus*, dictus *Rex* et magister satis probatus, ac verbis istius personæ tanto divinæ voluntatis zelo succensus est quod deinceps totam vitam suam devotione mira et desiderio ad Dominum feliciter consummavit. Similiter Frater *Hermannus* dictus de *Loveia* lector ordinis Fratrum Predicatorum in *Lipzia* et alii quamplures ejusdem ordinis fidei digni, audientes verba ipsius optimum